Ab¯u-Masar Gafar Ibn-Mu.hammad ; Engel, Johann [Editor]; Johannes <Hispanus> [Transl.]: De magis conjunctionibus annorum revolutionibus ac eorum profectionibus octo tractatus Albumasar. Johannis Angeli correctione
Augsburg: Erhard Ratdolt, 31. März 1489 Seite 4

¶ Differentia prima in ꝑmissione inceptionũ vniuersaliũ multarũ vtilitatũ.

SCientia indiuiduorũ significationuꝫ circularium suꝑ effectus
inferiores accipit a motib⁹ natalib⁹: eo ꝙ sint sensui ꝓpriores
figtionibus indiuiduoꝝ superioꝝ. Cum enim motus natales
non excedant tres diuisiones: ꝯsideratus est ordo nexus cir-
culoꝝ planetarũ: ⁊ ꝓprietas motuũ eoꝝ volubilium. Ergo ille
diuidunt in tres diuisiones: quarũ prima est planetarũ altiorũ ordinatorũ
sup̄ luminare maius: ⁊ scḋa diuisio est lũinaris maioris: tercia vero diuisio
est planetaꝝ inferioꝝ qui sunt positi infra lumiare mai⁹. ¶ Relata est itaq̄
vnaq̄q̄ diuisio indiuiduoꝝ altioꝝ ad vnãquãq̄ diuisioneꝫ motuũ nataliuꝫ
fortitudinẽ affinitatis earũ ad illas: et ꝓpter successionẽ effect⁹ impressionũ
earũ in mundo gñationis ⁊ corruptõis. Et cũ prim⁹ mot⁹ nataliũ moueret
suꝑ mediũ. motus aũt scḋs moueret a medio. ⁊ motus tercius moueret ad
medium. Relata est p̄ma diuisio planetarũ altioꝝ ⁊ effectus eoꝝ ad motũ
primũ natalium qui est suꝑ mediũ ꝓpter eius altitudinẽ: ⁊ ꝓpter ꝓximitateꝫ
ei⁹ ab eis: et longitudinẽ ei⁹ a motu natali. Tercio qui ẽ ad mediũ facta est
ei ex parte figtio suꝑ rem ꝓlixi tp̄is ꝓpter affinitatẽ eius cum motu primo et
ꝓlixitatẽ eius mot⁹. ¶ Relata est igitur ad longitudinẽ planetis suꝑiorib⁹
ei mundo gñationis ⁊ corruptiõis qui est saturn⁹: figtio suꝑ res inceptibiles
vt sunt vices ⁊ quicq̄d fit in tp̄ibus ꝓlixis: eo ꝙ eẽt ea inceptio p̄teritis indi-
uiduis circularib⁹ ĩ sublimi. Et relata est ad planetã succedentẽ eũ in ordĩe
nexus qui est iupiter: figtio almauuenũ atq̄ de terra hoꝝ filia q̄ sunt ꝑfecti
ones finiũ oĩm inceptionũ p̄cedentiũ. Relata quoq̄ est ad terciũ planetã
in ordine nexus qui est mars: figtio suꝑ bella ⁊ victorias et horũ filia q̄ sunt
q̄si descensiones ⁊ veluti diminutiões exitus rerũ ⁊ finis earũ: q̄a fines rerũ
sign̄t solutionẽ earũ inicij: post perfectionẽ earũ ⁊ destructionẽ nexus earũ
atq̄ ordinis: dum per accidentia harũ rerũ fit diminutio sumitatũ: victorie
enim ⁊ arteriores ducentes ad bella et necessitates sunt debite nexui harũ
rerũ trium ⁊ alligationũ earũ adinuicẽ: ⁊ illud est cũ defuit vnũ ex his cum
ꝯtinget diminutio ꝑfectione vtrũq̄ aliarũ reruꝫ ſm ꝙ decet res natales ex
his trib⁹ rebus q̄ sunt atq̄ ꝑfectio inceptio ⁊ descensio. Quia bella q̄ꝫ maxie
non fiunt nisi causa alnauuenũ: ⁊ alnauuenũ non erit nisi p̄cellentia viciuꝫ
atq̄ sectarũ: ⁊ cũ iteꝝ ordinate fuerint he res per ꝯuersionẽ erit res necessa
ria ad alligationẽ nexũq̄ earũ: q̄a non erunt vices ⁊ secte nisi ꝑ alnauuemũ
q̄ꝫ maxime nisi per bella: q̄a ex sect[ ⁊ vicib⁹ atq̄ alnauuemũ accidũt quedã
corruptiones quarũ causa accidit multitudo diuersitatũ: ⁊ cũ multiplicate
fuerit diuersitates accidit incõmunicatio: ⁊ cũ acciderit incõmunicatio ac-
cidẽt bella: ꝓpter hanc causã q̊ relate sunt he res tres ad planetas suꝑiores
⁊ facti sunt veluti p̄ncipia his q̄ eos succedunt ex significationib⁹ secundis.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-360/0004
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG